UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eusebio Episcopo. 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

impoſitionẽ aggeris. Dominus enim eos, *Ioan. 2.* qui columbas vendebant, flagris à templo expulit. Quamobrem ne tu quoque eodẽ modo ſubmouearis, deſine opes ita augere, ac materiam futuro igni parare.

Euſebio Epiſcopo. 30.

Eze. 33. Speculatorem dedi te, inquit Scriptura: & videbis gladium venientem, & annunciabis. Ac ſiquidem è ſomno experrecti ſobrium animum præbeant, atque ad veritatem obedientes excubent, & tibi & illis ea res vtilitati ac ſaluti erit. Si autem aſpi- *Pſa. 57.* dũ more aures occluſerint, tu certè, quod partium tuarum eſt, præſtiteris. Conſidera igitur ne voce ſola teſtari videaris, ac non item rebus ipſis, quippè qui imperij habenas, iis, quos circum te habes, permittas, gratiámque impiè ac nefariè vendas. Neque enim manuum impoſitiones auro cõmittere licet, nec eorum, qui ad ſacros ordines adducuntur, vitam ac mores ignorare, nec item alios ſceleris authores proferre, in incorrupto illo atque horrẽdo tribu- *Geneſ. 3.* nali. Neque enim Adamum culpa & ſupplicio liberauit illud de vxore reſponſum, & cauſificatio, cùm ſcilicet excuſandi ſui cauſa ſe ipſius ſuaſu atque conſilio interdictum fructum percepiſſe diceret.

Diophanti Prætori. 31.

Breuem & exiguam, non modò Præturam, ſed etiam ipſam vitam habes. Quid igitur infinitè peccas, paucis horis ſempiternam tibi cruciatum accerſens? Quamobrem volubili omni ac multis mutationibus obnoxia rerum infidelitate animaduerſa, id potiùs da operam, vt probis atque honeſtis actionibus nobiliteris: quarum & laudes in hac vita celebrantur, & futura præmia nunquam intereunt.

Doſitheo. 32.

Deus lucernam, hoc eſt, ſacerdotem, *Matth. 5.* accendit, atque candelabro imponit, hoc

πλεονεξίᾳ, καὶ πόρους σεαυτῷ ἀπὸ τιμῆς χειροτονιῶν ἀθροίζειν. τοὺς γὰρ πωλοῦντας τὰς περιστερὰς ἐξέβαλεν ἀπὸ τοῦ ναοῦ μαστίξας ὁ κύριος. ἵνα τοίνυν μὴ σὺν ἐκείνοις ὠσθῇς, παῦσαι οὕτω πλουτῶν, καὶ ὕλην τῷ μέλλοντι ἑτοιμάζων πυρί.

Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ. λ.

Σκοπόν σε δέδωκα, φησὶν ἡ θεία γραφή, καὶ ὄψει τὴν ῥομφαίαν ἐρχομένην, καὶ ἀναγγελεῖς. καὶ εἰ μὲν νήφουσιν ἐξυπνισθέντες, καὶ πρὸς ἀρετὴν ὑπήκοοι γρηγορήσουσι, καὶ σοὶ κἀκείνοις σωτηρίας γενήσεται ὄνησις. εἰ δὲ τὰ ὦτα βύσουσιν ὡς ἀσπίδες, αὐτὸς τό γε ἧκον ἐπὶ σοὶ ἐξετέλεσας. σκόπει τοίνυν μὴ μόνον φωνῇ μαρτυρού- μόνη. μενος φανῇς, τοῖς ἔργοις ἀδόκιμος καὶ ἡττώμενος, ἐνδιδοὺς τὰς ἡνίας τῆς ἀρχῆς, τοῖς περὶ σέ, καὶ πιπράσκων τὴν χάριν ἀσεβῶς. οὔτε γὰρ χρυσίῳ ἐστὶν ἐπιτρέπειν χειροθεσίας, οὔτε ἀγνοεῖν τὸν τῶν προσαγομένων βίον, οὔτε ἑτέροις προβάλλεσθαι τῆς ἁμαρτίας αἰτίους, ἐπὶ τοῦ ἀδεκάστου καὶ φρικτοῦ κριτηρίου. οὐδὲ γὰρ τὸν Ἀδὰμ τῆς μέμψεως καὶ τῆς δίκης ἀπέλυσεν ἡ περὶ τῆς γυναικὸς ἀπόκρισις καὶ σκῆψις, τῇ αὐτῆς ὑποθέσει μετειληφέναι τῶν ἀπηγορευμένων ἀπολογούμενον.

Διοφάντῃ ἄρχοντι. λα.

Βραχυτελῆ οὐ μόνον τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἔχεις τὴν ζωήν. τί τοίνυν ἁμαρτάνεις ἀτελεύτητα, ἐν ὀλίγαις ὥραις τὴν αἰώνιον ἑαυτῷ κατασκευάζων κόλασιν; καταμαθὼν οὖν πᾶσαν τὴν πολύστροφον καὶ πολύτρεπτον τῶν πραγμάτων ἀπιστίαν, μᾶλλον ἐπὶ χρηστοῖς γνωρίζεσθαι κατορθώμασι σπούδαζε, ὧν καὶ οἱ ἐνταῦθα τυγχάνουσιν ἔπαινοι, καὶ οἱ μέλλοντες μισθοὶ οὐκ ἀπόλλυνται.

Δοσιθέῳ. λβ.

Ἅπτει λύχνον ὁ θεὸς ἱερέα, καὶ τίθησιν ἐπὶ λυχνίας, τῆς ἑαυτοῦ φωτοφόρου